

ptimo consequimur: per Sacramentum penitentie, sine magnis nostris scilicet & laboribus, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam possumus: id est, ad plenariam atque perfectam peccatorum, tam quoad culpam, quam quoad omnem poenam, remissionem, sicut in Baptismo. Ceterum ad simplicem reconciliationem, seu absolutionem a peccatis, ad summum requiritur, & sufficere, ut Deum tanquam omnis iustitia fontem diligere incipiamus; ac propterea moveamur adversus peccata, per odium aliquod, & detestationem, ex Sess. 6. c. 6. verbis num. 9. relatis habetur.

REFLEXIO DUODECIMA.

XI. Nonne hæc & alia, in quibus sapientior Tridentinis Patribus videri voluit Quesnellus, blasphemiam sapiunt Abbatis S. Cyrani; qui præsentem Ecclesiam corruptam, ejusque disciplinam depravatam in Synodo Tridentina, opera Romanæ curiæ & Scholasticorum impudentissimo ore effudit? Videatur Petavius Theol. Dogm. tom. 4. lib. 3. cap. 14. Videbitur Arnaldus Quesnellianæ factionis Abbas, & Paschali Magister de eodem errore fuisse suspectus. Si ergo S. Augustinus ex iis quæ docebat Cælestius, merito suspectum habuit Pelagium, uti in Regula nostra 7. observatum est: non agre feret quivis Augustini Discipulus, si nos Quesnellum in eandem cum suo magistro suspicionem trahamus.

XII. Ob hæc & alia, superius tacta, nemo spero, cordatus dubitabit, quin merito fuerint hæc propositiones proscriptæ. Quibus addi potest: videri eas excogitatas ad melius occultandum latentem Calvinistam. Notum est Ludovicum Magnum pro virili adlaborasse, pestem hanc e regnis suis extirpare. Quapropter extortis olim privilegiis revocatis, omnes excedere finibus suis iussit, aut Romanis Sacris fociari. Quo autem detegerentur, qui larva assumpta remanserant, provide ordinavit, invigilaretur, an omnes temporibus suis Romanæ Ecclesiæ legibus satisficerent. Permittatur nunc facta, quod abbat, Quesnelliana, accurrent Calvinistæ ad psalmodiam, eam enim depererunt; sed a Missarum auditione, communionem, & reconciliationem se continebunt; prætextu, quod sint peccatores, neque sufficienter sese per opera penitentialia ad reconciliationem disposuerint. Ecce vivent quieti Calvinistæ & absque timore ullo ne usquam agnoscantur, Atque hinc forte tam multi Quesnellistæ: quia occulsi Calvinistæ se eis fociare facile possunt. Saltem commodius pallium, quo se occultent, non reperient.

XIII. Gradus conversionis, secundum Quesnellum. Sic habet Luc. 15. a v. 17. Gradus varii conversionis peccatorum. 1. Misericordiam suam agnoscit. 2. Decernit peccatum peccatiq; occasionem deserere. . . . Nunquam ea nimium cito deserunt; tamen motivo amoris proprii. . . . cetera omnia in sequentibus mundat gratia. 3. Versus Deum se convertit. . . . ad ipsum regredi velle incipit. . . . nec ad momentum differendum reditum putat (vult dicere; nec potest differre; juxta dicta cap. 5.) 4. Confitetur peccatum, & a voce amoris plena confesso sumit exordium: Pater, quis vere penitentie fundamentum amor Dei est. . . . 5. Humilitas se. . . . Amor Dei & spiritus adoptionis jus tribuunt Deum Patris nomine compellendi. 5. Sese subicit penitentie. . . . Optima penitentie est, velle toto viæ decursu præferre habitum hu-

militationis. 7. E ceno suo ad reconciliationis gratiam cavet accedere, nisi dispositionibus jam supra dictis fuerit premunitus. 8. Prævenit penitentem Deus in singulo passu. 9. Confitetur peccatum suum, & ingratiudinis sue portat confusionem. 10. Deus penitentem habet ut filium. 11. Induit eum iustitia, meritis, virtutibus J. C. 12. Communit sædus hoc noxum per virum sui spiritus impressionem. 13. Dat ei gratias. . . . quibus in via mandatorum. . . . ambulat. 14. Est prop. §. 2. discussa. 15. Pœnitur carne J. C., quod ex parte Ecclesiæ nota est reconciliationis. 16. Exinde vitam ducit hominis resuscitati. 17. Se prodit Ecclesiæ gaudium. 18. Confert Deus gratias, quæ natæ sunt movere emulationem iustis.

C A P. XV.

De potestate dispensandi in legibus, & excommunicandi.

§. I.

Propositio Quesnelliana, censura notata.

Homo ob sui conservationem potest sese dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter ejus utilitatem. Est 71. Quesnell. Mar. 2. v. 28.

I. IN damnatarum propositionum examine, benigniore censura processum esse, Auctor vitæ Clementis XI. testatur. (1) Hoc exemplum, ut alias secutus sum, hic quoque imitari intendo: quapropter gratis concedo Theol. Supplicis, Paschasium, non de Lege naturali, sed positiva tantummodo agere. Gratis, inquam, hoc concedo: nam in rigore, propositio hæc generaliter loquens de lege, quam Deus condidit, tam naturalem quam positivam Dei legem, videri ac dici posset comprehendere: quas inter, hæc diversitas est, quod positivam Deus præscripserit arbitraria sua voluntate; naturalis vero, juxta regulas sapientie ipsius & æquitatis poni debuerit. Sed gratis dato, quod non agatur de lege naturali; de qua si ageretur, horribilissima sequerentur confectaria; negari non potest, quin sub lege divina positiva, tamquam sub majori minus, leges positivæ, tam ecclesiasticæ, quam civiles comprehenderit damnatus auctor. Hoc si mihi, præter omnem expectationem, negaretur; recurrerem ad Regulam meam octavam: ad praxim, inquam, Quesnelli: qui se cum ipso sæpius dispensavit in legibus positivis, integro quadriennio nullam frequentans ecclesiam, facellum privatum erigendo, ibidem quoties voluit celebrando; licet foret declaratus incidisse in majorem excommunicationem.

II. Itaque juxta hanc Paschasianam, non est ultra ad superiores recurrendum pro dispensatione, sed quilibet se a lege quacunque positiva, divina sit vel humana, nihil refert, dispensare potest. Deinde, cum nemo in se ipsum, aut superiorem, aut æqualem, habeat jurisdictionem, dispensatio, quæ quisque se eximit a communi lege, non erit actus jurisdictionis: sicque dispensatio non differet ab interpretatione & epikeja: quod est doctrinæ communiter receptæ a Theologis aversum: quippe hi tria hæc ita inter se discernant, ut primam requirat jurisdictionem; cetera minime. Adde, quod juxta communem Theologorum doctrinam, leges ferantur ob bonum commune, non particulare hujus vel illius: unde fieri potest, quod aliquis teneatur etiam cum propria vitæ

vita periculo, fervare legem positivam humanam: at Quesnellus hic docet, ad conservationem sui ipsius, quemlibet attendere debere: si observatio legis non conducit ad hunc finem, poterit se dispensare, seu eximere a Legis implementatione. Hoc est dicere, si candidè loqui volumus, leges non obligant; sed solum præceptum, quo tenetur quisque studere sui ipsius conservationi: id est, charitas unumquemque obligat, ad se conservandum: unde si leges quidpiam præscribant, huic fini convenienti, observentur; si secus, prætermittantur. Nonne hoc est non solum omnem Theologiam, sed hierarchiam ecclesiasticam, sed subordinatorem omnem suam deque veterere: Lutheri errores resuscitare: Erasmi cantilenas repetere?

III. Docuit Lutherus in cap. 2. ad Gal. Lex mortua est, non amplius cogit: (1) licet tamen ebaritate legem operari: idem in substantia docet Paschasius. Scriperat Erasmi in epistola præposita Paraphrasi primæ ad Cor.: *Mibi purioris christianismi videtur, magisque consentaneum evangelicæ & apostolicæ doctrinæ, si nullum certum cibi genus præscribitur; sed admodumque omnes, ut quisque pro corporis habitu vescatur, quæ magis conducant bonæ valetudini: non ad luxum, sed ad sobrietatem, cum gratiarum actione, ac studio bonæ mentis.* Hæc doctrina immensum dicitur, ut consideranti patet, a Quesnelli temeritate: nihilo tamen minus Sac. Facultas Theologica Parisien. hunc Erasmi articulum sequenti censura perstrinxit. Hæc propositio, significans magis conformem esse evangelicæ & apostolicæ doctrinæ, omne ciborum discrimen a christianis auferri, ut quisque pro suo arbitrio vis vescatur, quæ existimas conducere sua valetudini: modo sobrio id faciat, & cum gratiarum actione, ex erroneo Scripturæ intellectu asserta, ecclesiastica est disciplina eucharistica, & evangelicæ & apostolicæ doctrinæ, quæ jubet superioribus obedientiam præstari, adversari: Ecclesiæ catholicæ, quæ hujusmodi eucharistiam fidelibus observandum religiose & prudenter constituit, contumeliam irrogat: non tolerandam denique arrogantiam eam assensu indicat; qui suam unius sententiam totius Ecclesiæ iudicio præferre non erubescit. Quantum hæc omnia potiori jure de Quesnelliana illa propositione dici possint, non est necesse me dicere; quando id palam est omnibus.

IV. Interæ Theol. Suppl. Difficile captum est, inquit pag. 99, quid in ea propositione censura notatum sit. Credideram ab initio virum illum, qui se pro publico Theologiæ professore, gradibus Academicis exornato vendidit, (2) atque hinc inde quadam ingenii & eruditionis specimina dat, Theologum omnibus numeris absolutum esse: unde eum aliquoties, ab eloquentia, eruditione; imitatus Hieronymum & Augustinum, qui idem aliquando erga Origenem & Pelagium prædicarunt, laudavi: at hic ejus discursus cogit me opinionem mutare. An nihil tibi est Ecclesiasticam disciplinam, civilem evertere subordinatorem? Nihil evangelicæ & apostolicæ doctrinæ, quæ jubet superioribus obedientiam præstare, adversari? Nihil, Ecclesiæ catholicæ, quæ subditos pro dispensatione ad superiores accedere jubet, contumeliam irrogare? Nihilne tibi est, arroganter propriam sententiam, totius Ecclesiæ iudicio præferre? Nihil, omnem Theologiam, in legum materia suas deque veterere? At hæc omnia facit Quesnelliana thesis 71. dum cuilibet homini, se dispensandi a Lege, etiam divina, facultatem prodigaliter impertit. Neque existimandum est, verbum *dispensare* inadvertenter impudenter Quesnello in hac propositione exaranda excidisse; aut ma-

terialiter & improprie sumendum esse: cum, quod in prop. 81. eodem verbo utatur, scribit: *Obscuritas Sanctæ Verbi Dei, non est Laicis ratio DISPENSANDI SE IPSOS ab ejus læsione:* tum, quod ejus gesta, quæ eloquentissimi & efficacissimi (nam lingua validior est manus) locum tenent interpretis, de proprie dicta dispensatione, in casibus n. 1. positus, illum hanc vocem intellexisse, non finunt dubitare.

V. Sed age, videamus, quæ motiva habuerit Theol. Supplicis Auctor dicendi, difficile captum esse, quid in ea propositione censura notatum sit: inde manifestus evadet quid pester in cornu. At ergo: (3) *Ab ista vero, positiva lege, etiamsi divina sit, posse se aliquando hominem DISPENSARE, sanctissimum virorum patet exemplis, ab ipso Christo Domino comprobatis, ejusque diversa sententia confirmatis.* Magnus plane hiatus! Videamus quid proferat. David enim, prosequitur, Rex Sanctissimus, dum fame premeretur, panes propositionis manducavit, suisque dedit manducandos, quos per legem divinam non licebat nisi Sacerdotibus manducare: Lib. 1. Reg. cap. 21. An hic David ipse secum, & cum suis, an potius Achimelech, prudenter permittens, si mundi sunt puri, maxime a mulieribus? cum ipsis dispensavit, aut legem divinam interpretatus est? Pergit Theol. Suppl. Et Apostoli fame pressi spicas sabbatho evulsurunt, & conscriarunt, quod divina sabbathi lege vetabatur. Numquid Apostoli secum ipsi dispensabant, & non potius ille ipsos dispensabat, qui pharisæis calumniantibus dicebat: *Itaque dominus est filius hominis, etiam sabbathi?*

VI. Quæ cum ita sint, difficile captum est, quomodo non solum Quesnellus, sed etiam hic Theologus, ea exempla inducere poterit, ad probandum, quemlibet hominem posse se dispensare a legibus omnibus positivis, etiam divinis, cum illis in exemplis manifestum sit, ipsum legislatorem dispensasse, vel ejus vices gerentem legem superioris interpretatum fuisse. Unde ineptissime Quesnellus propositionem illam apposuit illo loco, ubi manifestum erat, præter legem divinam actum non fuisse, nisi accedente legitimi superioris dispensatione, saltem interpretativa. Reliqua quæ habet idem Auctor pag. 99. æque lacrymabilia sunt. Auctor, ait, eam propositionem debitis circumscriptioibus temperavit; ut non de naturali lege, sed positiva; deque solo conservanda vitæ casu se loqui significaret. Quod legem naturalem attinet, id prævenimus num. 1. Secundum vero, quod sufficienter explicaverit Quesnellus, se de solo conservanda vitæ casu loquutum fuisse (licet dicere possem, propositionem Quesnelli nihil habere quod impediat ne addatur, sui honoris, sui gradus, sui loci, sui foci, sui domicilii &c.) transeat hoc, volo enim liberaliter agere in finem usque. Hocne sufficit, ut difficile sit videre, quid in ea propositione damnatum sit? An pro conservatione vitæ licitum est se dispensare in communi gravi &c. necessitate?

VII. Forte Quesnellus propositionem ita attemptavit, ut de extrema necessitate tantum se loqui, significet? Id dicere aperte non fuit ausus Theologus ille: haud dubie, quia vidit contrarium esse verum. Nimirum igitur in prop. damnata de dispensatione, quæ locum non habet, quando clarum est legem non obligare; uti est in extrema necessitate: pro qua sufficit interpretatio vel Epi-ikia. (4) Deinde Quesnellus ipse, praxi sua, quæ efficacissima doctrinæ interpretis est, & eloquentissima, satis superque declaravit, non requiri necessitatem extremam vitæ conservandæ, ut

(1) Lib. 4. n. 36.

(1) Tom. 5. fol. 227. (2) Pag. 5. & 6. (3) Pag. 97. in fine. (4) Vid. pag. 44. n. 12.

ut particularis quilibet se valeat dispensare a legibus positivis. Enimvero, dum ipse quadriennio integro pedem aedula non exiit Bruxellis latrans, sicque nec Sabbatum Christianorum, juxta determinationem Ecclesie sanctificavit, nec Pascha celebravit: dum sub veste Laica Sacerdotem occultabat: dum sacellum vestiarum erigebat sua auctoritate: dum excommunicatus celebrabat quoties lubebat: dum Abbatii suo Arnaldo Sacramenta ministrabat, non erat in extremo vitae periculo, imo ne in communi quidem periculo vita. Nec hoc ipsum latebat: sic quippe scribit comes individuus Quesnellus Arnaldus: (1) In deliberatione capienda de nostra reditu, Bruxellas, expediens erit considerare, quid exinde rationabiliter timendum sit, si forte adversa detegamur, CARCERNE nobis impendat, an TANTUMMODO iteratum praecipuum abundi? Si hoc ultimum, nullatenus dubitarem, quin redendum foret. Parum autem existimandum apparet, futurum carcerem: quo enim hoc tenderet? Eodem tamen tempore, quo de periculo vitae ne ipsi quidem Arnaldus & Quesnellus somniabant, in omnibus illis legibus, se ipsi dispensant: faciente posteriore in quadam epistola: Cum post sex menses, ab accepto mandato cedendi Belgio Hispanico, redierimus, verum est spatium quatuor annorum, quo D. Arnaldus inter viros remansit; neque ipsam, neque me fuisse unquam egressos ex nostro augustissimo hospitio: me quoque successive possidisse, in hujusmodi fere latebra servanda. Hac quocumque commentario efficacius persuadent, agnovisse Quesnellum in se, ac in aliis potestatem dispensandi se ipsum a legibus positivis, dum agitur de exilio, aut carcere: nedum vita; multo minus de extremo vitae periculo: & quidem ut impune peccari possit, & minus probabiliter illa imminet.

§. II.

Propositio Quesnelliana, censura notata.

Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos pastores, de consensu saltem praesumpto totius corporis. Est 90. Quesnell. Mat. 18. v. 17.

VIII. Haereticus comes est negatio, aut certe contemptus potestatis Ecclesiasticae. Cum omnibus sit notum Romanos Pontifices ex Apostolatus specula circumquaque prospicere, ut insurgentes ubicumque errores statim proterant, quicumque novum aliquid contra fidem molitur, sciens & advertens, supremam hanc auctoritatem in Ecclesia Dei; aut minuat aut contemnat, proclive est. Hoc pacto putant se parare aggerem contra Jesum fulminis. Sciens itaque Quesnellus doctrinam suam Romanorum Pontificum Decretis & diametro adversari, omittere non potuit, ut eorumdem auctoritatem simul & Episcoporum aut negaret, aut inutilem redderet. Id ipsum aggreditur hac propositione de Censuris. Verbis concedit, re ipsa negat Pontificum & Episcoporum coactivam potestatem; vel certe inutilem reddit: ac simul in varios alios errores, hac una propositione labitur.

IX. Ecclesia, inquit, habet auctoritatem excommunicandi, ut eam exerceat per primos pastores. Quo hac prima propositionis pars collinear, colligi poterit, si attendatur novorum quorundam Scripserunt systema, olim propositum sub hac forma a damnato Dupinio: (2.) Quodam sit sub-

jectum immediatum Potestatis Ecclesiasticae? Sensus est, an potestas clavium sit immediate concessa potestati Ecclesiae, ut per ejus ministros; ac per Summum Pontificem exerceatur: an vero Summo Pontifici, aut etiam Episcopis sit immediate collata. Nam si clavium potestas est penes solum Pontificem Romanum, haud dubium est, quin super universam Ecclesiam potestatem habeat: cum aliam potestatem, hac in hypothesi, non habeat Ecclesia, & Praelati, quam quae illis ab ipso communicatur. Secus vero, si universa Ecclesia supremam habeat potestatem; quae ab ea in ministros ejus, summumque Pontificem derivatur. Praeclerat Dupinium Lanouys. (3.) In quibusdam locis, ait, Ecclesiastica potestatis subiectum proximum designat, cum claves Ecclesiae datus fuisse dicit: & in aliis potestatis ejusdem subiectum remotum significat: cum claves & Petro & ceteris Apostolis datus fuisse scribit. Similia Edmundus Richerius, & Marcus Antonius de Dominis habent. Quibus cognitis non omnino improbenter de Quesnellis, horum damnatorum Auditorum plagiarum perpetui, assertis iudicium proferre possumus: eo fere modo, quo S. Augustinus (4) ex doctrina Caesarii, sensum perversum colligebat Pelagii. Vide Reg. 7.

X. Juxta hanc novam novorum hominum doctrinam, dum dicitur, Ecclesiam auctoritatem excommunicandi habere, ut eam exerceat per primos pastores, sensus est, subiectum immediatum potestatis illius esse Ecclesiam: mediatum, primos pastores, id est, Papam & Episcopos; id est, hos ab Ecclesia suam habere potestatem, non immediate a Christo. Igitur primus Pastor, id est, Papa, est immediatus minister & Vicarius Ecclesiae, non Christi. Hoc autem a Constantiensis Synodo in Wicleffo damnatum reperimus; cujus trigessimus septimus articulus erat: Nec Papa est proximus & immediatus Vicarius Christi: & in Florentino definitum est, Romanum Pontificem pascendi, regendi & gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo, non ab Ecclesia, accepisse plenam potestatem, uti mox dicemus.

XI. Secundo asserit prop. Ecclesiam accepisse hanc potestatem, ut eam exerceat per primos Pastores, ac si Hierarchia Ecclesiastica, Pastorum diversitas & subordinatio, eorumque potestas ab Ecclesia foret introducta. Atqui fides catholica docet, Primum Pastorem, Romanum Pontificem a Domino Jesu Christo suam accepisse potestatem, esseque, jure Divino, Christi Vicarium, totius Ecclesiae Caput &c. Definimus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in Universum Orbem tenere Primatum, & ipsum Pontif. Roman. Successorem esse B. Petri, Principis Apostolorum, & VERUM CHRISTI VICARIUM, totiusque Ecclesiae caput, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere, & ipsi in B. Petro, pascendi, regendi, & gubernandi Universalem Ecclesiam a DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO plenariam potestatem traditam esse: quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum, & in Sacris Canonibus continetur: (5.) Verba sunt Universalis Synodi Florentinae, doctrinae isti Quesnellianae & diametro opposita. Eadem doctrina damnata fuit a celeberrima Academia Parisiensi, in Marco Antonio de Dominis. Docuerat hic, quod doctrina in articulis Joannis Hus contenta, nimirum, in Ecclesia non dari UNUM caput Supremum, & Monarcham praeter Christum, sed unam Ecclesiam per MULTOS MINISTROS, sive ulla

Monarcha mortali regere perfecta, & gubernare, est doctrina christiana a Sanctis Patribus egregie explicata & confirmata: cui articulo Academia Parisiensis hanc apposuit censuram: Hec propositio est heretica quoad singulas partes. (1) De hac vero doctrina jam suspectus, ne dicam convictus erat Quesnellus, priusquam Reflexiones Morales ederet, ut videri potest in Christiani Lupi verbis cap. 2. §. 2. num. 17. relatis.

XII. Deinde, requirit hanc Quesnelliana, ad exercitium potestatis excommunicandi consensum totius Ecclesiae: De consensu saltem praesumpto totius corporis. Exigens consensum saltem praesumptum, ordinarie consensum expressum requirit; ubi vero talis consensum praesumi non possit, puta, dum expresse reclamatur, invalidum esse potestatis usum significat. Notandum quoque requiri hic consensum, non solum Episcopatum aut Cleri, sed totius corporis Ecclesiae: ad quod pertinent etiam laici, feminae, imo ipsi per excommunicationem praecidendi. Illi omnes igitur consensum praestare debent, alias Ecclesiae potestatis Pastores abuterentur: nulliusque, quidquid egerint, erit valoris. Hoc, praeterquam sit inutilem reddere potestatem excommunicandi (facile enim aliquos clericos aut laicos, facilius aliquas mulieres, & longe facillimum erit invenire ipsos excommunicandos, censura ferenda sese opponere) praeter hoc, inquam, repugnat hac doctrina praxi universalis Ecclesiae, quae ab ipsis Ecclesiae exordiis in usu fuit.

XIII. Paulus excommunicavit incestuosum Corinthium, non requirit nec praesumptum eorum consensum; praecipit enim, ut a se prius excommunicatum, publice in Ecclesia uti talem denunciant, ita August. (2) Now tamen ab eo fraternam separat charitatem, quem de fraterna congregatione Praecipit separari. Atque hoc innotuit Apostolus ipse: (3) Ideo enim & scripsi, inquit, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus OBEDIENTES sitis. Rursus August. loc. cit. (4) Sed quam facile de gradu Clericorum quisque ab Episcopo, vel de numero pauperum, quos pascit Ecclesia, vel de ipsa congregatione Laicorum, vel ab Episcopo, sive a Clero, vel quocumque praeposito, cui est potestas, eximitur; ita ut cum ejusmodi a ceteris, quibus Praecipit potest, nec cibis sumatur, tam facile &c. An S. Victor Papa consensum totius Ecclesiae habuit, ut Polycratem Ephesiorum Exarcham & omnem Aftaticam Dioecesim ob contumaciam circa Paschalem festivitatem excommunicaret? An forte S. Amlrosius dum Theodosium imperatorem ingressu Ecclesiae prohibuit, consensum vel tacitum totius Ecclesiastici corporis habuit; etiam imperatoris, ejusque curialium & amicorum?

XIV. Concludamus ergo §. Verbis Augustini contra Cresconium Donatistam: (5) Proinde quamvis hujus rei certe (alias certum) de Scripturis non proferatur (proferretur) exemplum; eandem tamen Scripturarum etiam in hac re a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus (dicimus) quod Universae jam placuit Ecclesiae, quam ipsarum Scripturarum commendat auctoritas: ut quoniam Sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, hujus obsecratione quaerens, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate Sancta Scriptura demonstrat. Hec, uti arbitror, sufficienter ostendunt ex triplici capite propositionem hanc merito fuisse proscriptam. Superest ut breviter ea referantur, quae Theologia Suppl. in ejusdem defensionem assertionis adduxit.

Serry Tom. V.

XV. Pag. 100. varios distinguit sensus, quos intendere potuit Quesnellus. 1. Quod Ecclesia a Christo Domino excommunicandi auctoritatem accepit sola, in unius Petri persona, quasi eam a Christo, in ceterorum Apostolorum persona, primi Pastores, hoc est Episcopi non accepissent. 2. Quod Ecclesia hujusmodi auctoritatem accepit a Christo, quatenus eam in primis pastoribus suis accipit: cum primi pastores, hoc est Episcopi, Ecclesiam universalem representent. Ego vero obtestor prudentem Lectorem, ut judicet, an vel per umbram propositio Quesnelliana alterutrum horum, in naturali & obvio sensu habere valeat: an non potius significet Ecclesiam immediate auctoritatem excommunicandi habere, & ea mediante supremos Ecclesiae pastores, per quos eam exequentem accepit Quesnelliana affirmat? Sed sic torquenda erat propositio, ut, si fieri posset, esset laqueus capiendis incautis. Si enim diceretur Quesnellianam in primo sensu damnatam; inferret damnatam communem illam Theologorum Sententiam, assertentium Romanos Pontifices in Petro accepisse plenitudinem potestatis, transfundendam in omnes Ecclesiae Episcopos. Si vero in secundo sensu damnata responderetur, inferret invidia consari potuisset Constitutioni Unigenitus, dicendo, damnari eam quorundam Sententiam assertentem, Episcopos immediate a Christo habere auctoritatem suam. Hec, ut dixi, neuter illorum est obivus & naturalis hujus propositionis sensus. Ecclesia, inquit, auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Pastores. Ubi manifeste distinguit inter habentem illam auctoritatem, & eam exercentem: veluti si quis diceret, Respublica jus gladii habet exercendum per magistratum, aut per tortorem. Quo modo loquendi significatur, jus illud immediate competere Republicae, & ea mediante Magistratu, aut tortori. Idem ergo erit in casu Theses Quesnellianae. Quod quam injuriosum sit Episcopis; praesertim vero Summo Pontifici; cui a Deo in Beato Petro collatum esse potestatem pascendi, regendi, gubernandi universalem Ecclesiam, de fide est; nemo non videt.

XVI. Hinc facultas Parisiensis in censura ann. 1683. de Romano Pontifice statuit, quod IMMEDIATE a Christo non honoris solum, aut dignitatis, sed & potestatis ac jurisdictionis primatum habeat in tota Ecclesia. Idem, nimirum, potestatem & jurisdictionem suam Romanos Pontifices habere immediate a Christo, subtiliter docuit Augustinus, Sermonem olim 108. de diversis (non 188. ut citat Theod. Suppl.) his verbis: (6) Hic enim claves non homo unus, sed UNITAS accepit Ecclesiae. Enim vero, quid est UNITAS Ecclesiae? Haud dubie id, quo Ecclesia una constituitur; cum unumquodque sit unum ab sua unitate. Si ulterius perquisitio fiat, a quo Ecclesia habeat quod sit una? Respondent omnes Catholicis, ab uno capite invisibili & visibili. Ergo Christum contulisse claves unitati Ecclesiae, est contulisse capiti ejus visibili, id est Petro: non quidem ut erat homo unus; sed ut capiti Ecclesiae, sive principio & centro Ecclesiasticae unitatis; imo ut UNITATI visibili Ecclesiae, ex qua derivatur & cognoscitur Ecclesiae unitas: Petro, non in sui ipsius, sed Ecclesiae utilitatem: non pro tempore vitae Petri, sed perennantis in finem saeculorum Ecclesiae: non pro se, sed pro omnibus ei, in munere capitis Ecclesiae successuris. Doctrinam hanc ex Cypriano (quem magni semper fecit Augustinus, ut constat ex lib. de Dono persever. a cap. 2.)

A a a

de-

(1) Die 20. Aprilis 1690. (2) De antiqua Eccles. Discipl. Dissert. 6. §. 1. (3) Epist. ad Hadr. Vallant. par. 2. (4) De Grat. Chr. c. 33. (5) In Decreto unionis Latinorum & Graecorum.

(1) Pag. 50. (2) Contra Epist. Parmeniani lib. 3. t. cap. 33. num. 39. (6) Modo 195. num. 2.

desumptam, his verbis Cyprianus expressit: (1) Nam Petro primum Dominus, super quem edificavit Ecclesiam, & unde UNITATIS ORIGINEM INSTITUIT ET OSTENDIT, potestatem istam dedit, ut id solveret in Caelis, quod ille solvisset in terris. Ecce Petrus unitatis origo & indicium. Itaque unitati Ecclesiae datas esse claves est datas fuisse immediate Petro, non ut erat unus homo singularis, sed ut erat caput & centrum unitatis Ecclesiae, ejusque fons & origo juxta Cyprianum & Augustinum.

XVII. Sed, inquiunt, ait Augustinus sapissime, Petrum dum claves accepit, gessisse personam Ecclesiae: ergo ipse non accepit claves, sed Ecclesia. Sicut. v. g. D. Du-Theil agens Galliae, pacem conciliavit cum Serenissimo Imperatore, retulitque cessionem Ducatum Lotharingiae & Baar; non tamen dicimus ipsum Du-Theil acquisivisse duplicem illum Ducatum, sed Galliae Regnum: ergo a paritate rationis &c. Ante Responsum peto, an non recte dicatur: imperium injit pacem cum Gallia anno 1736. & rursus: Imperator Carolus VI. injit pacem cum Ludovico XV., eique cessit Ducatus Lotharingiae & Baari? & rursus: Rex Galliae Ludovicus XV., acquisivit duplicem Ducatum? denique: Gallia per ultimam pacem, duplicem acquisivit Ducatum? Concedent, puto. Dico ergo similiter, quod licet Petrus dum claves accepit, representaverit personam Ecclesiae, hoc non obstante & Petrum & Ecclesiam accepisse claves; illum immediate, hanc mediate: sicut Ludovicus XV. immediate acquisivit illos Ducatus, & ipso mediante Gallia. Unde inquirenda ratio est, cur vere Ludovicus XV. dicatur acquisivisse & non D. Du-Theil, licet dicatur representaverit personam Ecclesiae? Alia ratio assignari non potest, nisi, quod primus ut Princeps & Rex, alter vero ut minister, Galliam representaverit. Sic autem se res habet in nostro casu. Petrus representabat personam Ecclesiae dum claves accepit: at non ut minister, sed ut Princeps & Caput, idque juxta eundem Augustinum in psal. 108. „Sicut quaedam dicuntur quae ad „ Apostolum Petrum pertinent videntur, neque „ tamen habent illustrem intellectum, nisi cum „ referuntur ad Ecclesiam, cujus ille agnoscitur „ in figura gessisse personam, PROPTER PRIMATUM QUEM IN DISCIPULIS HABUIT, sicut est: Tibi dabo claves regni caelorum: ita Judas personam sustinet inimicorum Christi &c. „ Confirmatur: Quae de Juda dicuntur ut sustinente personam inimicorum Christi, ita de his intelliguntur, ut tamen vere etiam ipsi Judae immediate conveniant: Ergo quae Petro ut gerente personam Ecclesiae data sunt, ita dato Ecclesiae intelligi debent, ut etiam Petro immediate & vere data sint. Nam juxta Augustinum, uti Petrus Ecclesiae, ita Judas inimicorum Christi personam gessit. Ratio utrobique eadem est: quia scilicet sensus mysticus Scripturae, qualis allegoricus, non excludit sensum litteralem, sed supponit. Videatur noster Eminentiss. Cajetanus de Primatu Rom. Eccle. cap. 3. & Natal. Alexander, Diss. 4. sec. 1.

XVIII. De secunda propositionis parte, ait Theol. Suppl. (2) eam duplicem etiam posse sensum habere. 1. Quod arbitriarius fidelium consensus, ad excommunicationis validitatem sit necessarius. 2. juxta mentem & intentionem Ecclesiae, quae una cum Episcopis Spiritu juncta judicare praesumitur, dum ferendarum censurarum Canones ab Ecclesia conditi, ab Episcopis observantur; id est, quod debeat ferri excommunicatio, juxta canones. Sed hic secun-

dus sensus, cum non sit naturalis & obvius, frustra inducitur. Cumque primus, qui omnium oculis & menti statim occurrit, talis sit, fatente auctore illo, quo nihil absurdius fingi potest, non necesse est quidpiam addere.

§. III.

Propositio Quesnelliana, censura notata.

Excommunicationis injustae metus, nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro. Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia videtur ab ea excludi; quando Deo, Jesu Christo, atque ipsi Ecclesia per caritatem affixi sumus. Est 91. Quesnell. Joan. 9. v. 22. & 23.

XIX. Aliud esse, sententiam excommunicationis fore injustam, aliud invalidam: item omnem Sententiam invalidam esse injustam, sed non e converso, omnibus Theologis notum est. Et quidem S. Antoninus noster, (3) tribus modis, ait, injustam esse posse & dici, ex causa, ex animo, ex ordine: Et §. Sequente Sententiam excommunicationem injustam esse, puta, quia contenta intolerabilem & manifestum errorem, non teneatur stare: quia etiam peccari posse, ei stando, communis est Theologorum sententia. Fieri quoque posse, ut injusta sit & nihilominus obligatoria; puta, si ex pravo Judicis animo injusta sit, nullus dubitat. Quo fit, ut quemadmodum temerarium esset generatim & absolute dicere, excommunicationem injustam semper nos debere impedire ab implendo debito nostro: ita congeri non posset se censura eadem vel alia notatum, qui absolute & generatim docuisset, Excommunicationis injustae metum, nunquam debere nos impedire ab implendo debito nostro. At hic est Quesnellii casus in praesenti Theol.; unde aliquam ex recentis in Bulla Unigenitus censuram meretur.

XX. Hinc fatetur Theologia Supplex: (4) Quod si Prima prop. pars de excommunicatione injusta, cujus tamen aut occulta, aut dubia tantum nullitas sit, intelligatur, uti etiam si de debito tantum juris positum accipiatur: circa dubium falsa est, temeraria, scandalosa, Ecclesiasticam disciplinam evergens. Qui enim excommunicatur injuste, ita tamen ut occulta omnino sit excommunicationis nullitas, pro excommunicato se gerere debet; teneaturque a ministris & officiis juris dumtaxat ecclesiastici abstinere. E. G. Sacerdos a celebratione Missarum. Verum si de excommunicatione evidenter & notorie nulla &c. Hæc Auctor ille. Quibus verbis Quesnellum ipse damnat: quippe qui nihil distinxerit, sed generaliter affirmaverit, excommunicationis injustae metum, nihili esse faciendum. Imo si penitus infpicimus Quesnellianam doctrinam simul & praxim, temerarium, scandalosum & Ecclesiasticam disciplinam eversum fatetur. Constat siquidem Quesnellum sub veste laica dudum Bruxellis latuisse; ibidem Oratorium domesticum erexisse propria auctoritate, pro libito in eo sacrum dixisse; (5) Antonio Arnaldo in extremis exeuntium Sacramenta ministrasse, postquam per sententiam Archiepiscopi Mechliniensis denunciatus fuerat excommunicatus. Hæc autem omnia facere negavit Quesnellus, nisi sub pretextu injustitiae omnium cen-

ensurarum, quae contra Janfenistas, & in ipsum specialiter latae & denunciatae fuerant. At hæc censura, data & minime concessa quod foret injusta, non tamen ita injusta sunt, ut manifeste sint invalidae. Nam Ecclesia universa eas uti justissimas & validissimas recipit & veneratur. Jurgendo ergo praxim Quesnellii doctrinae ejus, juxta regulam 8. pag. 44. assignatam, habebimus sensum damnatae Thesis esse, Excommunicationis metum, dummodo aliquis sibi persuadere possit eam esse injustam qualitercumque, non debere nos impedire a debito nostro implendo. Debito, inquam, solius etiam juris positivi, cuiusmodi est Sacerdotum celebrare Missam, ut satisfiat præcepto audiendi Missam diebus Dominicis.

XXI. Adde ex precedenti §. juxta Quesnellum, eam excommunicationem injustam esse, quae fulminatur sine consensu saltem tacito & præsumpto totius corporis Ecclesiae: hic vero asserit universalissime, quamcumque excommunicationem injustam, non debere nos impedire ab implendo debito nostro, nulla debiti distinctione facta, Quibus positus, nemo non videt apertam portam patentissimam, quascumque ecclesiasticas censuras contemendi. Vix enim unquam fieri poterit, ut totum Ecclesiae corpus, id est clerici & laici, viri ac feminae, ac ipsi insuper excommunicandi, praesumant in censuram consentire. Atque eum in finem forte Quesnellus tam sollicitè causam femineae sexus egit prop. 83. dicens: Non ex feminarum simplicitate, sed ex superbia virorum scientia ortus est scripturarum abusus, & orta hereses. An ex simplicitate, superbia, vanitate, ira, vindictae cupiditate &c. nihil id mihi curae est. Tam unum quam aliud Quesnellii aut ignorantiam, aut malam fidem ostendit. Omittere hic non possum fragmentum Epist. S. Hieroni ad Cresciphontem: Simon Magus, inquit num. 4. heresim condidit, Helene meretricis adjutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit femineas. Marcion Romam praemisit mulierem, quae decipiendo sibi animos prepararet. Apelles Philomenem (alias Philomenem) suarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi spiritus praedicator, multas Ecclesias per Priscam & Maximillam, nobiles & opulentas feminas, primum auro corruptis; deinde heresi polluit. Dimittam vetera, ad viciniorem transendam. Arius, ut orbem deciperet, sororem Principis ante decepit. Donatus per Africam, ut infelices quosque (alias quosque) sententibus pollueret aquis, Lucille opibus adjutus est. In Hispania Agape Elpidium, mulierem, caeca caecum duxit in fornicium, successoremque sui Priscillianum habuit, Zoroastris Magi studiosissimum, & ex Mago Episcopum; cui juncta Galla, non gente, sed nomine, germanam hac illucque currentem alterius & vicine hereseos reliquit heredem. Nunc quoque mysterium iniquitatis operatur. Duplex sexus utrumque supplantat; ut illud Prophetium cogamur assumere. (1) Clamavit perdidit. Similia in posterioribus heresibus ostendi possent: sed tempus est ut ad Quesnellum revertamur.

XXII. Quod si attendere etiam voluerimus Quesnellum toto quo vixit tempore nusquam decessisse scribere, contra Decreta Apostolica, pro Janfeno, Bajo, ac triginta octo articulis ab Alexandro VIII. damnatis, nequidquam impediens censuris, sub quibus id sapissime vetitum fuerat; luce clarius evadet voluisse hac propositione docere, a propugnandis damnatis, etsi a Sede Apostolica, & universa Ecclesia per orbem dispersa, propositionibus, non esse abstinendum, Sery Tom. V.

cujuscumque censurae metu; dummodo aliquis sibi persuadeat, censuras esse injustas. Quapropter, etsi non materialibus verbis, sensu tamen coincidit hæc propositio cum articulo decimo octavo Joannis Hus, in Constant. Synodo damnato: Quilibet predicantis officium de mandato accipit, qui ad Sacerdotium accedit; & illud mandatum debet exequi, praetensa excommunicatione non obstante.

XXIII. Unde mirum videri debet, quod (2) Theol. Suppl. ad excusandam hanc propositionem, nullum non lapidem moverit, citando pro eadem & Hieronymum, & Gregorium Mag. sed nullis adductis eorum verbis: Augustinum & Gersonem, & ipsum etiam Jus Canonicum: de quibus aliquid breviter dicendum est. Citat ergo primo loco cap. 46. (3) Cui est illata, ubi dicitur: Si injusta sententia est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum & Ecclesiam ejus, neminem potest injusta gravare sententia. Ita ergo ea se non abstrahit desideret, qua se nullatenus respicit obligatum. Agit autem, ut Glossa ibidem notat, de sententia manifestissime injusta simul ac invalida Diofcori nominatim excommunicati, quia S. Leonem etique in fide adherentes ausus fuerat excommunicare. En verba Glossae: Diofcorus hereticus, Alexandrinus Patriarcha quosdam excommunicavit, qui ejus sententia crediderunt se esse ligatos. Queritur a Gelasio, utrum a tali sententia sint ligati? Et respondet quod non, nec indigent absolutione: sed deponant illam opinionem, & erit sententia nulla. Vide Gratianum Dist. 21. cap. ultimo, In tantum: item Dictionarium Moreti. v. Diofcorus. Sed quid hoc ad Thesim Universalissimam Quesnellianam?

XXIV. Sequitur in Theol. Suppl. (4) Cap. Illud plane non temere dixerim, quod si quisquam filium fuerit anathematizatus injuste, ei potius obviet, qui facies, quam qui eam patitur INJURIOSAM. Sed aliud est sententiam injustam & INJURIOSAM nihil obesse; aliud, nullam injustam sententiam esse curandam. Hinc Cap. Non solum (5) ex S. Gregorio dicitur: Pastor ergo vel absolvo indifere te timeat, vel ligare. Is autem qui sub manu Pastoris est, ligari timeat vel injuste; nec pastoris sui iudicium temere reprehendat; ne, etsi injuste ligatus est, ex ipsa tumida reprehensione superbia, culpa que non erat fiat. Cur hoc cap. praeterrmittit Theol. Suppl.?

XXV. Nihil plus pro Quesnello faciunt verba Augustini Theol. Suppl. adducta, pag. 107. (6) Spirituales homines... non eunt foras: quia & cum aliqua vel pervertitate (non pervertitate) vel necessitate hominum videntur expelli, ibi magis probantur, quam si intus permanerent, CUM ADVERSUS ECCLESIAM nullatenus eriguntur; sed in solida UNITATIS PETRA (Vaticani codices, Unitate Petrae) fortissimo caritatis robore radicantur. Hæc verba Quesnellum potius cum suis damnant. Agitur enim de spiritualibus hominibus, qui pervertitate expulsi, non se tamen erigunt contra unitatis Petram. Illi vero, & antequam declararentur, per Breve Pastoralis Officii, ab Ecclesia separati; & postquam id jam esse declarati sunt, sese & contra unitatis Petram, id est, Romanum Pontificem, aut, si vis, Ecclesiam (nihil enim refert quoad praesens quid per Unitatis Petram hic intelligas) qua dispersam, qua in Tridentino adunatam, defendendo mordicus plures damnatos in Luthero, Calvino, Bajo, Janfeniove errores, erexerunt; & porro pergunt. An tales sunt spirituales viri, de quibus Augustinus?

A a 2

(1) De Baptis. ad Jubanjanum. (2) Pag. 102. (3) Par. 3. tit. 24. cap. 73. (4) Pag. 105. (5) Vid. c. 2. §. 2.

(1) Jer. 17. v. 11. (2) Pag. 106. (3) Caus. 11. quest. 3. (4) Eadem causa & quest. (5) Eadem causa & quest. (6) Lib. 1. contra Donatistas cap. 17.

nus? imo animales sunt, secundum eundem Augustinum dicentem: (1) *Ex . . . animali sensu, quia homo animalis non percipit ea que sunt spiritus Dei, omnes dissensiones & schismata generantur.* Et paulo ante: *Ecclesia quippe omnes per baptismum parit, sive apud se, id est ex utero suo, sive extra se (i. e. apud hæreticos) de semine viri sui . . . Sed & Esau de uxore natus, propter fratrem DISCORDIAM separatus est a populo Dei. Et Aser per uxoris quidem potestatem, sed ex ancilla natus, propter fratrem CONCORDIAM, terram promissionis accepit. Unde & Ismael, ut separaretur a populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit frater DISCORDIA: & non profuit potestas uxoris, cuius magis filius erat; quia per ipsius iura conjugalia, & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus. Sicut apud istos (hæreticos) Ecclesia iure, quod est in baptismo, nascuntur quicumque nascuntur: sed si CONCORDENT cum fratribus, per unitatem pacis, ad terram veniunt promissionis. Si autem in DISCORDIA PERSEVERENT, ad Ismaelis funiculum pertinunt. Ad hunc funiculum melius, quam ad spiritualium virorum classem reducuntur illi, de quibus præcipue suam intellexit propositio. 91. Quesnellus; quosque eadem in rebellionem sua atque divisione conatus est obfirmare. Sed salubrius eis erit, si ad hanc Augustini sententiam respiciant Epist. 208. alias 209. ad Feliciam Virg. Num. 6. In catholica . . . Ecclesia . . . & boni sunt & mali. Ab ea vero separati quamdiu contra illam sentiunt, boni esse non possunt: quia est aliquos eorum bonos videtur ostendere quasi laudabilis conversatio; malos eos facit ipsa DIVISIO, dicente Domino. (2) „ Qui mecum non est, adversum „ me est: & qui mecum non colligit, spargit. “*

§. I V.

Propositio Quesnelliana, censura notata.

Pati potius excommunicationem & anathema injustum, quam prodere veritatem, est imitari S. Paulum: ratiunc abest ut sit erigere se contra auctoritatem, aut seindere unitatem. Est. 92. Quesnell. Rom. 9. v. 3.

XXVI. Pro intelligentia hujus propositionis, juverit rursus oculos conijcere in ea quæ de Quesnello habet sententia contra eundem prolata, ab Archiepiscopo Mechliniensi hic cap. 2. §. 2.: notanter, quod recusaverit subscribere formulæ doctrinæ præscriptæ in comitiis generalibus Orationis Gallici; idque ea præcipue de causa, quod contineret damnationem doctrinæ Janfenii & Baii: quam contumaciam adversus superiores suos ne deponeret, ex Gallia profugus ab anno 1585, in Belgio diu latitavit. Quod varia ediderit opuscula, quibus hæresim Janfenianam non obscure sustinuit: idque ea continuatione audacia, ut affereret quod summis Pontificibus, in causa Janfenii fuisset obreptum. Afferuerit inter alia Janfenismum non esse nisi phantasma, impugnaverit quoque scriptis suis Decretum Alexandri VIII. in 31. propositiones latum, & plura alia.

XXVII. His, quæ sunt notissima, suppositis, dici Quesnello poterat: Frustra jactas te Augustinum magistrum sectari, cum nolis esse ejus discipulus. Docet August. ut num. 25, dictum est, nunquam licere contra Ecclesiam se erigere, aut contra illam sentire; nisi e bonis mali, contra

sentiendo, fieri velimus. At tu tot errores Ecclesia pro scriptis pugnacissime & audacissime defendis! Ut hanc præveniret objectionem, ostendere voluit hac propositione, quod se ipse contra Ecclesiam non erigat, nec scindat unitatem: quin potius imitetur S. Paulum, non prodendo veritatem: ferendo interim anathema injustum. Ac ne quis gratis hoc a me assertum existimet, observet, rogo, hic non de quacunque censura, sed de ea, quæ ob doctrinam in aliquem fertur, agi: cui scilicet deferendo, proderetur veritas: atque in hoc potissimum consistit hujus propositionis virus.

XXVIII. Pro quo observandum, aliquem posse excommunicari variis de causis: puta, ob facta quædam personalia; aut ob doctrinam non bonam. Inter quæ hæc adest differentia, quod circa facta personalia, cum de eis certificari Ecclesia non valeat, nisi ex testimonio hominum, qui & decipiuntur sæpe, & decipere possunt, iudicium Ecclesiæ in his deficere potest: at circa doctrinam fidei aut morum, cum Ecclesia dirigatur specialiter a Spiritu Sancto, errare Ecclesiæ iudicium non potest. Quo fit, ut Ecclesia vetante aliquam doctrinam sub anathematis pœna, quilibet Catholicus teneatur ei se submittere, atque a tali doctrina recedere. Si vero Ecclesia aliquem excommunicet ob factum aliquod personale; cum non repugnet hic latere errorem, fierique possit, ut aliquis innocens, pro falso crimine in iudicio legitime probato, excommunicetur, aliter hic est procedendum. S. Thomas de hoc casu agens dicit, (3) injuste excommunicatum debere absolutiorem petere, vel ad superiorem recurrere. Quod si hoc non juvet, aut fieri nequeat, si humiliter, ait, sustinet, humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnationem. Concilium Tridentinum autem, Excommunicatus vero, ait, (4) quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad Sacramenta, & communionem fidelium ac familiaritatem non recipitur; sed, si obdurato animo consursus innoxius in illis per annum inforderit, etiam contra eum, tanquam de hæresi suspectum, procedi possit.

XXIX. At vero Quesnellus potvillos consuit sub omni cubito manus. Pati potius excommunicationem & anathema injustum, est imitari S. Paulum: & quis non optet S. Paulum imitari? Afferit quidem Quesnellus Matt. 18. v. 17. Non capis, quid sit esse Deo sicut Ebræicum, non habere Deum Patrem, nec Jesum Christum Salvatorem, nec Ecclesiam Matrem, nec Christianos fratres, qui excommunicationem MERITUS, eam parvipendit. Diceret hic Augustinus fere ut olim contra Pelagium: (5) *Ut quid enim hoc verbum interposuit, id est, MERITUS? An vero non erat integer sensus? „ Qui excommunicationem parvipendit „ dicit: „ Sed quantum detrimentum hoc additamento, MERITUS, fecerit, quis non intelligat? Volens utique docere parvipendendas censuras, quas quilibet injustas esse & immeritas censuerit, addidit Meritum. Non sic de excommunicatione SS. PP. censuerunt, ut videre est causa 11. quæst. 3. ubi statim occurrit memorabile illud S. Gregorii: Sententia Pastoris sive justa, sive injusta fuerit, timenda est.*

XXX. Nec moror interpretationem Gersonis adductam a Theol. Suppl. Timenda quidem est injusta sententia, non tamen tenenda. (6) Perplacet mihi ipsiusmet Gregorii explicatio, in fine §. præced. adducta: *Qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel injuste (ergo & parvipendere sententiam quam putat injustam) no, est injuste ligatus est, ex ipsa timide reprobenstionis superbia, culpa que non erat facta.* Nec potest illa glossa Gersonis sine grano salis admitti; cum sæpe sententia injusta, non timenda solum, verum etiam tenenda sit: puta, si ex pravo excommunicantis animo, non ex alio capite, injusta sit.

XXXI. Neque ullatenus obest nobis cap. Inquisitionis tue: (1) uti & S. Thomas in 4. sentent. Dist. 27. quæst. 1. art. 2. quæstioncula 3. (non 4.) ad 3. proceditur enim utrobique in casu, quo alter conjugum pro certo sciat impedimentum (dirimens) conjugii, propter quod sine mortali peccato non valeat carnale commercium exercere; quamvis apud Ecclesiam probare non possit. . . in quo casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. Verba sunt Cap. Inquisitionis tue. Addit S. Thomas: *vel debet in alias regiones remotas fugere.* Scilicet, hic tangitur unus & idem singularissimus casus, circa factum omnino personale, in quo veritas, testimonium defectu, probari nequit: Juxta allegata & probata procedens, falli potest, & obedientia excommunicanti præstita, certissimum foret peccatum mortale. An propterea aliis in casibus, dum veritas manifestari in facto personali, & error ostendi potest; aut dum erratum esse prudenter dubitari non potest; aut agitur de questione fidei & mores spectante, ubi eriam certissimum est errari non potuisse, licitum eriam, & imitari S. Paulum excommunicationem ferre? Imo vero, si Tridentino supra adducto istamus, foret hoc de hæresi suspectum se reddere: licet aliunde non ob hæresim excommunicatio inflicta fuisset.

XXXII. Prop. Quesnelli doctrinalis indefinita est, adeoque universalis: & aperte fatis agit de excommunicationibus occasione doctrinæ, ad fidem pertinentis aut mores, latis; aut saltem illas includit non excludendo: *Pati potius excommunicationem, inquit, quam prodere veritatem &c.* agit ergo de doctrina. Itaque dum quispiam sibi persuasit doctrinam aliquam sanam fore, quidquid Ecclesia sub censuris solitis prohibeat, poterit, imo debet censuras illas ferre, ne prodant veritatem. Sic tollitur Ecclesiæ Magisterium; sic aperitur via ut fideles omni doctrinæ vento circumferantur: sic in Ecclesiâ sus deque vertuntur omnia.

XXXIII. Sed quid, amabo, sibi vult: *Pati potius excommunicationem & anathema injustum . . . est imitari S. Paulum?* An Paulus forte excommunicationem aliquando passus est? Nihil tale in tota vita Pauli legitur. Solum constat Paulum aliquando restitisse Petro: atque ad hoc alludit, haud dubie, Quesnellus. Verum ad rem ejus, restitit illa facit omnino nihil. Restitit Petro, non secundum veritatem evangelii conversanti, seu viventi, Paulus: restitit Petro defuncti & decedenti Quesnellus. Quæ quæ sint diversa, patet inde, quod in Concilio Jerosolymitano, cum magna perquisitio fieret circa legalium observationem, defuncti Petro, (2) non esse imponendum jugum super cervicibus discipulorum, quod nec ipsi, nec patres eorum portare poterant, acquirerit illico tacendo, omnis multitudo; etiam Paulus & Barnabas. Post hæc tamen Apostolicam definitionem, poterat observatio legalium in aliquo casu esse laudabilis: unde Paulus & Timotheum circumcidit, & in Cenchrin votum persolvit, & rursus Jerosolymis monente Jacobo legalia servavit. Poterat tamen etiam nimis scrupulosa legalium observantia offensionem esse gentilibus. De hac nimis scrupulosa judaizatione, reprehendit Petrus Paulus. Denique Paulus, est evangelium suum non ab homine, sed per revelationem haberet, (3) jussus tamen est, secundum revelationem, ascendere Jerosolymam, & conferre Evangelium quod prædicabat, SEORSUM iis qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset: quæ omnia ad nostram instructionem facta esse, nemo dubitat; docentque Petro, est non omnino impeccabili in conversatione, defuncti esse acquiescendum: atque cum ejus Evangelio nostram esse doctrinam conferendam, ne in vacuum curramus. Quomodo ergo est imitari S. Paulum, defuncti Petro non obedire, ei repugnare, censuras ejus nihili facere?

XXXIV. Quesnellus, inquit, non repugnavit, nec docet repugnandum Petro conciliariter defuncti, sed particulariter. Resp. jam sæpius ostensum esse, Quesnellum contra conciliares Tridentini definitiones dogmatizasse. Sed non fit ita: repugnari salutem, & docet hac propositione, repugnari posse Pontifici defuncti. Ergo ejus propositio anticipative damnata fuit ab Alexandro VIII. & universa Ecclesiâ, in hac altera simili, imo minus universalis: *Ubi quis invenerit Doctrinam in Augustino clare fundatam (non ita restricta concepta est Quesnelliana) illam absolute potest tenere & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.* Ex cuius damnatione, quæ orti universo, nullo reclamante Episcopo innotuit, certum omnino est, nemini licere Pontifici Romano defuncti contraire: multo minus censuras ejus nihili faciendo contemnere.

XXXV. Hanc doctrinam nitide expressere, non ita pridem, octoginta quinque Galliæ Episcopi in comitiis congregati, litteris ad Innocentium X. datis, quibus gratias eidem Pontifici pro lata in Janfenium damnatione referunt: (4) *Perseptum habemus, inquebant, non solum ex Christi sollicitudine Petro facta, sed ex actis priorum Pontificum, judicia pro faciendâ regula fidei, a summis Pontificibus lata, super Episcoporum consultatione, divina æque ac summa per universam Ecclesiam auctoritate niti, cui Christiani omnes, ex officio, ipsius quoque mentis obsequium præstare tenentur.* A qua doctrina Gallos paulo post, id est, circa annum 1663. deflexisse, negat noster M. Hiacyntus Serry. Inter assertores infallibilitatis Pontificiæ recensuerat (5) *Quosdam Parisiensis Academiæ Magistris atque Doctores, majori doctrinæ pietatisque laude florere, primis Academicis temporibus, ut B. Albertum M. Alexan. Alensem, D. Thomam, D. Bonaventuram, Nicol. de Lira . . . item Quosdam etiam initio Seculi Superioris, adversus Lutheranos & Calvinianos in Galliis scripsere, de Ecclesiâ Romanoque Pontifice, qui non modo doctrinæ caput de infallibilitate Romanorum Pontificum tenentur ac docent; verum etiam communem catholicorum sententiam esse ajunt.* Hos inter esse afferit D. Stephanum Baraut Archiep. Arelatensem in Clypeo fidei catholice cap. 3. contra Malineum; D. Joannem Coeffeteum Ord. Præd. Episc. Massiliensem in Responsione ad Mysterium iniquitatis Plebei Mornai; D. Habertium Episc. Vabriensem, in Defensione fidei catholice; D. Hallerium Episc. Cabilonensem, in dictatis de Summo Pontifice, dum in Sorbona publicum Theologice Professorum ageret; D. Le Maire Episc. Lombardensem, in tractatu de Pontifice, dum in Sorbona perinde legeret; D. Michaelum Mauclercium libro

(1) Loco cit. cap. 15. (2) Matt. 12. v. 30. (3) Suppl. q. 21. ar. 4. (4) Sess. 25. de refor. cap. 3. in fine. (5) De Grat. Christi c. 27. (6) Pag. 106.

(1) Extra de Sent. Excomm. (2) Act. 15. (3) ad Galatas. 2. (4) Anno 1655. (5) In Appendice Historica ad tract. de Rom. Pontif. falli & fallere nescio. n. 14. & n. 15.

bro de *Monarchia*; D. Andraam Du vallium, Regium in Sorbona professorem, in libris contra *Edmundum Richerium* publicatis, probante ac etiam plaudente Academia Parisiensi, totoque Clero Gallicano. Huc usque M. Serrius.

XXXVI. Abstrahendo tamen ab illa questione, sitne Pontifex in fidei definitionibus infallibilis, etiam antequam accedat consensus Ecclesie (quod etsi affirmandum omnino existimem, nolo tamen huic principio, agendo contra Quiescentiam in niti) abstrahendo, inquam, ab eo: certum est, toto orbe, nec exclusis quidem Gallie Episcopis, consentiente, Quiescentiam erigendo se contra Bullas Pontificum, Bajum & Janfenium damnantes; defendendo contumaciter doctrinam olim, universa Ecclesia applaudente proscriptam; infordeat excommunicationibus; docendo hac propositione, esse id imitari S. Paulum, se de heresi, hoc solo titulo, suspectum violenter reddidisse; juxta determinationem Trid. num. 28. relatum: ejusque propositionem merito, uti talem fuisse damnatam: tantumque abesse, ut ipse imitatus Paulum fuerit, ut potius diametraliter contra Pauli doctrinam & egerit & dogmatizaverit. Paulus definiti Petro, & ceteri omnes qui Concilio Hierosolymitano aderant, acquievit: cum Petro non in Concilio, sed *seorsum* evangelium suum, licet sibi de celo revelatum, contulit: objectionem Galatarum, quod Petrus & ceteri Apostoli, qui legalium observationem non necessariam judicaverant, essent homines illiterati, indocti, olim scilicet piscatores, sprete dicens: (1) *Quales aliquando fuerint, nihil mea interest: Deus personam hominum non accipit*; sic ostendens non eruditioni, sed auctoritati fidendum: demum Paulus male conversanti Petro in faciem restitit: verbo: perfecte adimplevit Paulus illud Christi: (2) *Super Cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, servate & facite: secundum opera vero eorum, nolite facere. Dicitur enim & non faciunt. Quod non ita dictum haberi velim, ac si summus Pontifex cum universis per orbem Episcopis, ei adherentibus, Scribae forent ac Pharisei: uti de ipsis impudenter Quiescentia estutium: sed ita, quod, etsi tales essent, quod abist, equidem eis docentibus, & cum Romano Pontifice universam Ecclesiam docente, nihilominus, secundum hanc Christi sententiam, foret obediendum. Atque ita Paulus fecit. Econtra Quiescentiam, docenti Petro, docentibus Episcopis restitit: quosdam ex his, non facientes quae docuerunt, imitatus est. Nam & Ipreus Janfenius, & omnes per orbem Episcopi, etiam Gallie, Romano Pontifici Ecclesiam docenti, obediendum esse consensuerunt: quidam tamen illorum, contrarium praedicarunt: quos in eo quod sceleratim male, imitatus Quiescentia est pessime: in eo vero quod docuerunt optime, turpissime deseruit.*

XXXVII. Cum igitur nemo dubitet, quin Quiescentia hanc propositionem exarando, se suosque pra oculis habuerit, melius dicam: cum circumstantia scriptoris, temporis, loci &c. cogant ad intelligendam hanc Thesim de Quiescentia ejusque Symmittis, sensus ejus naturalis & obivus erit: Etsi ego vel alius inveniar docendo doctrinam Baii, Janfenii &c. resistere Romano Pontifici, eam doctrinam proscriptam: etsi nihili faciens ejus excommunicationes, eas parior, non curando ab eis absolvi, ne prodam doctrinam, quam credo veritatem: nemo tamen existimet id esse erigere se contra Auctoritatem, aut scindere

unitatem. Tantum id abest, ut sit potius imitatus S. Paulum, qui Petro in faciem restitit, absque quod censetur se erexisse contra auctoritatem, aut scindere unitatem. Sed falsus est, uti saepius dictum, in eo Quiescentia, quod non distinguerit inter resistere Petro docenti, & Petro ex infirmitate in conversatione cespitantem. Utrumque accurate distinguit Paulus. Nimirum, vocem Petri docentis, ipse cum ceteris Apostolis & senioribus, non secus habuit ac vocem Spiritus Sancti. Hinc Ecclesiae Antiochena scribunt: (3) *Visum est Spiritui Sancto & nobis &c.* Et Paulus ipse: (4) *Sed licet nos, aut Angelus de caelo evangelizet vobis, praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Ita Paulus loquitur, postquam Evangelium suum contulerat cum Petro *seorsum*: quod prius quam fecisset, etsi Evangelium suum Christo revelante accepisset, nusquam ita locutus deprehenditur. Signum evidentissimum, ipsum Doctrinam Petri *seorsum*, habuisse lydi lapidis instar; cui, si non probaretur doctrina quavis, quantumcumque putaretur divinitus accepta, securos nos reddere haud possit. Praeclare in rem nostram S. Ambrosius, commentans locum illum Pauli: *Si ergo Apostolos Christi, inquit Ambrosius, quorum tam praecleara opinio in signis & prodigiis erat faciendis, & Angelum de caelo, quem posse spiritualis ratio commendare, aliter docentes, quam ab Apostolo Paulo (probante Petro) edocti erant, anathematizari praecipit: quanto magis, quos nullum testimonium (puta Quiescentiam) ad seducendum potest commendare?*

§. V.

Propositio Quiescentiana, censura notata.

Jesus quandoque sanat vulnera, quae praecipis primorum Pastorum festinatione infligit, sine ipsius mandato. Jesus restitit quod illi inconsiderato zelo scindunt. Est 93. Quiescent. Joan. 18. v. 11.

XXXVIII. Eadem haec propositio aberrat chorda, eodemque laborat aquirroco, ac superior, id est 91. ait, *Theol. Suppl.* (5) Ego vero existimarem hanc praecedentibus longe apertiore fore, eisque non nihil lucis affundere. In praecedentibus loquitur Quiescentia vage de excommunicatione injusta. Sed cum ex diversis capitibus injusta esse possit, haerebat non nihil animus de qua specie injustae censurae loqueretur. Verum hic aperit de illa se loqui etiam, quae ex malo excommunicantis animo; puta ex praecipiti & inconsiderato zelo; quia odio, aut vindicta, aut quovis alio pravo affectu praecipit agitur, injusta est. De hac S. Thomas: (6) *Excommunicatio injusta ex parte excommunicantis, sicut cum ex odio vel ex ira aliquis excommunicat. . . nihilominus habet effectum suum, quamvis ille qui excommunicat peccet: quia ipse iusto patitur, quamvis ille injusto faciat.* At Quiescentia, Jesus restitit, quod inconsiderato zelo, aut praecipiti festinatione rescinditur: ubi aperte de excommunicatione ex parte excommunicantis injusta agitur. At quam proclive est, ut quisque sibi persuadeat, ex pravo superiorum animo se fore damnatum? Nihil ergo fiet superiorum animadversio, ubi semel in animum induxerint homines, Jesum id restituisse. Quis ergo dubitet propositionem hanc esse scandalosam, id est, viam latissimam aperire ad vilipendendas Ecclesiasticas censuras?

XXXIX.

(1) ad Galat. 2. v. 6. (2) Matth. 23. (3) Act. 15. (4) Gal. 1. v. 8. (5) Pag. 108. in fine (6) Suppl. q. 21. ar. 4.

XXXIX. Illud vero observandum diligenter, Quiescentiam, quoties de injusta excommunicatione agit, nunquam, ne per umbram quidem insinuare, quod is, qui putat se excommunicatum injuste, debeat aut petere absolutionem, aut coram se purgare, supremis Pastorum satisfacturae, aut se eorum judicio subicere: quin potius instiget ad eorum censuras flocci faciendas, id est, sine perturbatione ferendas. Unde inutilis est *Theol. Suppl.* (1) distinctio, de externo curando vulnere, aut interno, sive de *sanitate interiori a Christo Domino anime data*; verba illius sunt: quasi de primo curando debeat excommunicatus, licet injuste, dummodo non sit manifesta censura nullitas, esse sollicitus: secundum a Christo restituitur. Nam praeterquam illa distinctio nova videatur; dicente S. Thoma: (2) *Injusta excommunicatio caritatem alicui asserere non potest; & nullum habeat ad sic interpretandum Quiescentiam fundamentum; auctoritas Augustini, quam ad probandum illud secundum adducit, inepta profusa & impertinens omnino est, ad Quiescentianam doctrinam; quam sacris Urbi & orbi clarissime explicavit; excusandam: Imo vero, Augustini illa auctoritas ex lib. de vera Religione cap. 6. a *Theol. Suppl.* adducta, Quiescentiam sine commiseratione damnat. (3) *Sepe etiam finit divina providentia, inquit Augustinus, per nonnullas nimium turbulencias carnalium hominum seditiones, expelli de congregatione christiana, etiam BONOS VIROS. . . Hos coronat in occulto pater, in occulto videns.**

XL. Miraberis, Lector, me dixisse Quiescentiam verbis Augustini sine commiseratione damnatum, cum nihil tale in hisce verbis appareat. Sed paululum quiesce, mysterium aperiam. Exhibere tibi volui verba Augustini, uti extant in *Theologia Suppl.*, quibusdam punctis . . . interpolata, ut scias quantum ei fidendum sit. Fa-teor, in verbis sic relatis nihil apparere, quod specialiter Quiescentiam attingat, nisi forte TO BONOS VIROS, quos inter qui collocare eos voluerit, de quibus Quiescentiana propositio, subdabit utique. At si integra Aquilini Doctoris verba tibi recitavero; fateberis, ni fallor, actum de Quiescentia esse. Eni ergo Augustini verba integra. *Sed etiam finit divina providentia, per nonnullas nimium turbulencias carnalium hominum seditiones expelli de congregatione christiana, etiam BONOS VIROS, cum contumeliam vel injuriam suam, cum PATIENTISSIME PRO ECCLESIAE PACE TULERINT, NEQUE ULLAS NOVITATES VEL SCHISMATIS VEL HAERESIS MOLLITI FUERINT, docebunt homines, quam vero affectu, & quanta sinceritate caritatis, Deo servandum sit. Talium ergo virorum propositum est, aut sedatis removere turbulencias; aut si id non sinantur, vel eadem tempestate perseverante; vel non suo reditu talis, aut servior oriatur, tenent voluntatem consulendi, etiam eis ipsis, quorum motibus perturbationibusque cesserunt: SINE ULLA CONVENTICULORUM SEGREGATIONE, USQUE AD MORTEM DEFENDENTES, ET TESTIMONIO JUVANES EAM FIDEM, QUAM IN ECCLESIA CATHOLICA PREDICARI SCIUNT. Hos coronat in occulto pater, in occulto videns.* Tam pretiosa verba Auctor *Theol. Suppl.* sub quatuor aut quinque punctis, tibi absconderat; expono ego, ut attenda Quiescentiana doctrinam, sententiam, Lector, feras: Augustiane Quiescentiam absolvent, an vero, quod ego asserui, damnaverit?

XLI. Nemo prudens dubitabit, quin Quiescentiam, se suosque associatos pra oculis habuerit, dum propositionem illam exarabat: se ipse suosque intenderit animare ad ferendas fortiter, verius contumaciter, Summorum Pontificum censuras: Jesum scilicet sanaturum in oculo vulnera, quae praecipis primorum pastorum festinatione infligit; restitutum quod ipsi rescindunt. Quid ipse cum suis interea? An ita se gessere, ut inter BONOS VIROS illos Augustini numerari valeant? An ipsi pro Ecclesia pace censuras patientissime tulerunt, neque ullas novitates vel schismatis vel haeresis moliti sunt? An sine ulla conventiculorum segregatione, usque ad mortem cesserunt, & testimonio juraverunt eam fidem, quam in Ecclesia catholica predicari sciebant? Ordinem ipsi novum intulerunt: conventicula separata celebrarunt: Sedem Apostolicam indignis modis profecerunt: hanc errare, se veritatem scelerati asseruerunt; fidem quam in Ecclesia praedicari sciebant, totis viribus impugnarunt: ab Ecclesia appellando ad futurum concilium, schismatis fundamenta posuerunt &c. Tame si ergo Quiescentia distingueret inter externum & internum vulnus, per censuras infligendo, curandum, quod nullatenus fecit: sententia tamen Augustini, non cum absolvit, sed damnat: non salvat, sed jugulat. (4) Adde quod etiam distinctio illa admittenda foret, non possit tamen curare propositionem 93: tum quod illa apposta, ubi de exteriori vulnere infligto; Malchi, inquam, auricula amputata & restituta; agitur, satis indicat, de exteriori vulnere excommunicationis, sermonem ferri: tum quod Quiescentia denunciatus excommunicatus, vivens tamen, ac si minime excommunicatus foret, praxi sua, quae est optima doctrinae interpretis, ut superius dictum est, hoc magis infirmum reddiderit.

REFLEXIO DECIMA TERTIA.

XLII. Joannes Brunderius a Gandavo Ordinis Praedicatorum, Haereticæ pravitatis Inquisitor, in suo *Concertationum Compendio*, quemdam (forte Philippum Melancthonem) alloquens, ita fatur. (5) *Congruerbat recoluisse illud Sapientis: Ne innitaris prudentiae tuae. Quod verbum tractans Hieronymus in parabolis prover. 3. ait: Prudentia sua innititur, qui ea quae sibi agenda vel dicenda videntur, Patrum Decretis anteposuit. Prisci Patres praefatis verbis (Tu es Petrus &c.) Petro promissum asserunt principatum. Tu vero praeter rationem, praeter auctoritatem, contra Patrum sententias, praefatam sponsonem detorques ad omnes Apostolos, imo ad omnes Christianos: ut Ecclesiae & non Petro data sit potestas clavium. Vidit acutissimus vir quo tendat nova illa doctrina asserentium, Ecclesiam accepisse claves, non primos Pastores. Id ingenue fassus est Dupinius §. primo citatus. Unde consequens fit, Quiescentianas haec propositiones, dum Ecclesiae concedunt potestatem excommunicandi exercendam per primos Pastores, de consensu Ecclesiae sive totius corporis: dum censuras a Summo Pontifice latis, quasi sine praefato consensu fulminatas, docent non curandas, sub praetextu, quod Jesus sanat vulnera ista &c. ad hoc collimare, ut Primatum Summo Pontifici abegnent, aut non esse juris divini obtineant. Atque si illuc pertingere possent, quae non inde confuso nasceretur? Nota est Cypriani celebris sententia Epist. ad Cornelium.*

(1) Pag. 109. (2) Suppl. q. 21. ar. 1. ad 2. (3) Pag. 109. (4) Joan. 18. v. 11. (5) Tit. 38. art. 2.

nellum Papam. [1] Rursus, *unde*, inquit, schismata & hereses oborta sunt & oriuntur, nisi cum Episcopis, qui unus est, & Ecclesie praesentibus, superba quorundam praesumptione contemnitur: & homo DIGNATIONE DEI honoratus, ab indignis hominibus iudicatur.

XLIII. Summis ergo viribus aditendum, ne doctrina, unde tanta mala oriri nata sunt, progressus faciat ullos. Et quia plerumque pravae doctrinae infidiose & occulte sese insinuant, operae pretium erit, aliquid infidiarum reterege, & verbis viri minime in hac materia suspecti, praecipue. Is est noster Consonantius, qui in sua Theol. mentis & cordis lib. 5. Dissert. praefata cap. 2. Speculatione 2. §. cui titulus: Romanae Sedis primatus Regum Monarchia, & supremo Dominio egregie favet: de hac re ita discurre: Sciendum tertio, inimicos S. Sedis, ut Pontificii Primatus defensoribus invidiam creent, opportune, impetune Regiae Majestatis iura obicere; quae cito dicunt peritura, si Romano Antistiti supremus in totam Christi Ecclesiam principatus asseratur. Verum haec invidiosissima iuxta & iniquissima calumnia (quae etiam Conciliorum potestatem, & Supremam Ecclesiae potestatem, ubicunque tandem resideat, persequitur) a clarissimis Doctoribus varie repulsa, falsitatis convicta, & in auctores regesta est. . . . Illud est & fuit semper haereticorum genus, infrunita libertatis amore, dominationem omnem pessumdare. . . . Quis nescit Wicleffum, post indictum Ecclesiae bellum, Reges etiam aggressum fuisse, dum peccati mortalitatis conscientiam, dominii & regni iura denegavit? Hieronymum a Praga & Joannem Hussum, geminae diabolicae informationis ostenta, his pessilentissimis dogmatis persuasos, Bohemiam intestinis rebellionibus incendisse nemo ignorat. Lutherus Henrico Angliae Regi, peraeque ac Romano Pape fuisse injurium. . . . compertum est. Galliam nostram concitatis a Calvino flammis flagrantem, non ita pridem Patres nostri viderunt: quas nec millionum hominum sanguis, nec infinita profusa lacryma extinguere potuerunt. Bartholomaei legitimum Regis imperium, post introductum Calvinismum a suis cervicibus depulsi. Parvitiidum post hominum memoriam flagitiosissimum, & soli Christi Decidio inferius, post ejuratam Romanae Sedis reverentiam, Angliae primores in Regem suam Carolum Stuart, stupente orbe sub sole toto, perpetraverunt. Nec ex impetu subite iracundia, vel clandestini Sicarii pugione; sed solemnem Senatus consilio in eam impietatem perduelles proruperunt, quam credere posteri detrectabant; nosque ipsi vix crederemus, nisi tantum facinus seculum nostrum aeternis tenebris obscurasset. Econtra pleni sunt omnes libri, pleni nominatum Gallorum Annales, felicissimis eventibus, quibus Regna Sedis Apostolicae devotiora, fortunavit Deus: ut in Constantino, Pipino, Carolo Magno, Ludovico Pio, Ludovico Justo, aliisque claret. Haec vir ille exitimus, de adulatione aulae Romanae minime suspectus.

XLIV. Quod vero aliquoties dixerim Quaesnellum videri Primatum Summi Pontificis impetere, confirmari potest, nec quis putet me hariolari, ex his quae habet Quaesnellus 2. Theol. 1. v. 2. S. Paulus scit conservare dignitatem suam, non amore dignitatis ipsius, nec PRIMATUS; sed amore Ordinis a Deo constituti, & Ecclesiae necessarii &c. in quibus paucis verbis duo tanguntur capitales errores. primus de gemino vertice Ecclesiae, in Arnaldo damnatus, qui primatum Petro & Paulo tribuit: Secundus, quod Primatus Petri ac Successorum ejus non sit juris divini: ut insinuat

particula illa adverbialis, SED amore Ordinis a Deo constituti: quasi Primatus a Deo institutus non sit. Sapiet admodum haec propositio illam ab Academiae Parisiensis Theol. Doctoribus censuram propositum in Mar. Ant. de Dominis: Dissertationem de potestate inter Apostolos, esse humanum inventum, in Sacris Evangelis, & divinis novi Testamenti Scripturis minime subsistentem. Haec propositio inquit S. Facultas Parisiensis est haeretica & schismatica. Quapropter Protestantes ab ea non abhorrent sententia, quae jure dumtaxat humano Primatum convenire Romanae Ecclesiae asserit. Protestantes, inquit Blondellus, (2) neque Apostolicae Cathedrae dignitatem unquam veteri Romae denegasse, neque Primatum quem habet in vicinis Ecclesiis: immo etiam quoniam aliqua ratione obtinet in universis: ita tamen ut ecclesiastico jure dumtaxat, non divino, Romanis, Pontificibus ista conveniant.

XLV. Propositio quoque 90. Ecclesiae auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceret per primos pastores, de consensu saltem presumpto totius corporis, coincidere videtur cum 40. Marci Antonii de Dominis: Sciatur etiam de jure divino veram jurisdictionem in Ecclesia nullam esse; sed totam civitate regi: quoniam hac censura pertrinxit Facultas Theol. Parisiensis. haec propositio est haeretica, & ordinis hierarchici everstra. Enim vero, si excommunicationem ferre nequeunt primi pastores, nisi de consensu totius corporis Ecclesiae, cum ipsi etiam excommunicandi sint de corpore, eorum quoque consensus necessarius erit: quo posito, nequit concipi vera jurisdictione Ecclesiam regi.

XLVI. Ut tandem finiam hoc caput, adscribo verba 40. Episcoporum Galliae, qui anno 1714. Parisiis congregati, Constitutionem Unigenitus pure ac simpliciter admiserunt. Quid illi ferentur de libro Reflexionum Moralium, quae parte agit de censuris & Ecclesiae potestate, colligi poterit ex sequentibus: (3) Deprehendimus in illo etiam, iniquum, non sine animi dolore, inter tot perniciosas dogmata, supremum insolentiae gradum, ad quem se tandem omnis effert haeresis pertinaciter defensa; ut nempe aperte contra Ecclesiam extollat caput. Non jam amplius illius decisiones, ut tanto haec tempore factitatum est, effugis, vanisque subtilitatibus eluduntur; sed palam denique ejus auctoritas peritur & aboletur: exagitur ipsius agendi ratio, continentur excommunicationes. . . . docentur hoc in libro rebelles filii eas non metuere, & in sua inobedientia persistere: nihil crepat nisi persecutionem, injustitiam, perniciam, obstinationem Pastorum in nolendo aut aliquid examinare, aut agnoscere se esse deceptos. Veritas est quae persecutionem patitur, in suorum predicatorum & discipulorum persona: auctoriter nomen illud tribuitur eis, quos Ecclesia, quia Decisionibus suis obedire detrectant, censuris dignos iudicat &c. His, quae dicta sunt, non parum confirmantur.

G A P.

(1) Epistola ad Florentium Papianum. (2) De Primatu Eccl. p. 24. (3) Epist. ad reliquos Gall. Archiep. & Episcop.

C A P. XVI.

De Afflictionibus Fidelium.

§. Unicus.

Propositio Quaesnelliana, censura notata.

Nunquam Deus affligit innocentes; & afflictiones semper feruntur vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem. Est 70. Quaesnell. Joan. 9. v. 2.

Propositionem hanc merito damnatam, fateri videtur Auctor (1) Theol. Supplicis ita perorans: *Eu hic rursus caecae ambages, quae ductorem postulante experientissimum, S. Augustinus, ut sapius dictum est, (2) Pelagium velut haereticum tradidit, eo quod ubique tenebras spargens, nusquam aperte a damnatis recederet erroribus. Igitur nec Clem. XI. Augustini premissa vestigia, culpandus, quod in Quaesnellum, per caecae ambages incedentem, nec satis a Bajanis alique profcriptis erroribus manifeste recedentem, animadverterit. Culpa omnis in ipsum rejicienda Paschasium: aperte, dum poterat & debebat, minime loquentem; ut sese ab haeresi, de qua notorie infamis erat, purgaret. Qui semel est malus, semper praesumitur malus. Sic jura loquuntur: voluntque, ut contra eum qui clare loqui potuit, interpretatio fiat. Quod maxime in fidei negotio, ex quo communitati pernicies imminet, locum habere par est. Unde Salvator noster hic prudentiam commendavit serpentis; dum alias simplicitas ei placet columbae.*

II. Et quis non videat, quot in paucis illis lineis possint latere errores? Septuagesima secunda, 73. 77. Bajana. Prima, decima nona, 24. ex triginta & una ab Alexandro VIII. damnata: quin & articulus decimus septimus, 18. 19. 20. Lutheri, a Leone X. damnati, hic latere possunt; sicut per hanc sensum sine sensu, fideles in unum aut alterum ex praefatis erroribus induci posse, negari vix potest. Ea propter Clemens XI. praedecessorum suorum scelerata vestigia, & Ecclesiae, quae ab ipsis suis incunabulis, propositioem pravis sensibus obnoxias, quantumvis in rebus sensum tenentibus aliquatenus possent, (3) proferbere solita est, observans praxim, iustissime propositionem hanc, juxta regulam nostram 2, 3, 5, 8, & 10 censura inulsi.

III. Sane legenti propositionem hanc: Nunquam Deus affligit innocentes &c. statim occurrit; Ergo omnes omnino iustorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum quae est 72. Bajana. Ergo afflictiones Beatissimae Virg. Mariae, quam Reginam Martyrum salutamus, sicut & aliorum iustorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis? Haec est 73. Cumque aliqui sine Sancti qui vitam innocentissimam egerunt, inexplicabiles tamen afflictiones perpessi sunt, inciperem quasi dubitare; Satisfactiones laboriose iustificatorum, valeantne, an non, expiare de condigno poenam temporalem restantem post culpam condonatum, dum lego, afflictiones semper feruntur vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem: inciperem, inquam, dubitare, nisi me solidaret damnatio 77. Bajana.

IV. Et quid non occurrit circa infantes baptizatos! An forte baptismus omnia peccata remittit, nullum penitus tollit, uti aiebat Lutherus in confirmatione articuli sui secundi? An per baptismum

Serry Tom. V.

non omnis reatus poenae tollitur, sed debet homo agere tota vita poenitentiam pro peccato originali? Sed haec est 19. ab Alexandro VIII. damnata. An motus inordinati infantium sunt veri nominis peccata mortalia, eo quod in statu naturae lapsae ad peccatum mortale, & demeritum sufficit illa libertas, quae voluntarium ac liberum fuit in causa sua, peccato originali, & voluntate Adami peccantis? Et est 1. ut supra damnata. Unum aut alterum eligere debet, qui dicit, Nunquam Deus affligit innocentes, & afflictiones semper feruntur vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.

V. Semper mihi solatio fuerunt & sunt indulgentiae, ex Thesuro Ecclesiae, satisfacionibus Christi & Sanctorum confato, deprompta; quibus credo partem saltem aliquam, si tamen adimpleo opera injuncta, vere mihi relaxari earum poenam, quas hic vel in altera vita pro peccatis meis deberem persolvere. Sed si subsistit Quaesnelliana Thesis, perit pro parte Thesaurus ille. Sic enim Sancti, quidquid perpessi sunt, pro suis utique peccatis id pertulerunt, nec quidquam inde ingreditur Ecclesiae Thesaurum. Contrarium tamen strenue, contra Lutherum, semper propugnavit catholici scriptores; quos inter Rosenius ita scribit: (4) Quamquam nemo sit, cui non cumulatim premium in caelis Deus largiatur quam hic in terris ipse meruit, innumeris tamen sunt, qui longe graviores arumnas perulerunt, quam ad suorum sufficere delictorum expiationem. Et primum id ambiguum esse nemini potest, quantum ad gloriosam Dei Genitricem, quae novo quovis & labor caruit, tam originalis quam actualis peccati. At ipsa tamen immunitas, & easdem acerbissimas peccata sui molestias. Fuerunt & alii (qui lethalibus noxis caruisse creduntur) ut Joannes Christi praecursor, & Hieronimus. Quid Paulum memorem, & alios plurimos qui nunquam post baptismi gratiam lethalem culpam admiserunt? Et ipsi tamen clades, ac calamitates immensas, & absque numero sunt perpessi. Neque negaverim omnes eos, etiam longo supra quam memoris, esse remuneratos. Verumtamen haud dubio, quin quod in arumnarum, quas toleraverunt cruciatibus erat satisfactorium, non evanescit penitus in aera. Nam Deus ipse benignissimus, qui mala nostra semper vertit in bonum, non patitur hanc satisfactionem omnino perire; sed in aliquam hanc dubie convertere utilitatem. At perit cor, si necis neque ceteris profuerit quicquam. Et quoniam illi suae satisfactionis fructum, nullis destinantur personis certis, ideo fit ut in commune offerat Ecclesiae totius emolumentum, & communis Ecclesiae Thesaurus jam dicatur: nimirum, ut inde rependeretur, quidquid ceteris ex iusta satisfactione defuerit. Sic enim Paulus ipse testari visus est ad Colos. scribens, cap. 1. Nunc enim gaudeo in passionibus meis pro vobis. & adimpleo ea, quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia. Ubi littera Ambrosii sic habet: Et supplicia reliquias pressurarum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia. Hucusque sanguine suo purpuratus Card. Rosenius. Haec autem vera erant minime, si vera est Quaesnellii assertio, uti satis constat. Contra non male dixisset Lutherus, indulgentias non pendere ex meritis Christi & SANCTORUM.

VI. Theologica facultas Lovaniensis (quae in his quoque turbis a Quaesello excitatis, mare se esse ostendit, non mortuum, quod vivos non tolerat, sed oceanum, quod mortuos eiecit; refractarios Bullae Unigenitus a corpore suo praecindendo, & eiecendo) in formula doctrinae Bajanis articulis adversae, punctum hoc de indulgentiis non

B b b

inta-

(1) Pag. 149. (2) Lib. de gra. Chr. (3) Vid. Reg. X. (4) Ad art. 17. Lutheri.

intactum reliquit. Fatetur, inquit cap. 14. non per communionem modo caritatis eorum (sanctorum) nobis passiones in indulgentiis impetiri, ut hoc patello digni simus, qui pretio sanguinis Christi a peccatis resstantibus liberemur; verum etiam per eandem passiones nobis communicatas & applicatas, delicta nostra proprie redimi: usque adeo sane ut sine in nostris, sive in alienis pro nobis passionibus non generaliter tantum medii rationem, per quod meritorum Christi reddamur participes, verum etiam nihil obstante plenissima satisfactione Christi, satisfactionis, qua divinae justitiae satisfiat, agnoscere proprietatem debeamus. Hec illa. Est aut emde hac materia tanto frequentius loquendum, quanto plures sunt, sive aperti, sive occulti indulgentiarum hostes; qui spiritu nimium critico eas impetere solent. Porro, spiritui nimium critico circa indulgentiarum orium suum primum debent hereses hujus temporis. O mali ovi corpus parens non bonus! Verba sunt M. Steyartii D. Lovan. in Thei defensa 18. Martii anno 1690.

REFLEXIO DECIMA QUARTA.

VII. Quam fallax Quesnellus fuerit, dum toties asseruit se nonnulli Patrum sententias, maxime Augustini, sectatum, ex hac etiam propositione clarescit. An S. Augustinus nullas admittit afflictiones, nisi quae sint ultiones peccatorum? Audi quid dicat. Relata sententia patientissimi Job, (1) Ecce ipse proximus sum iudicio meo, scio quia iustus inveniar, paucis interiectis adjungit aliam ejusdem sententiam ex cap. 9. Multas enim contriviones meas fecit sine causa, ac tum subiungit: Non ait, nullas fecit cum causa; sed multa sine causa. Non enim propter multa peccata ejus, facta sunt ei multae contriviones, sed propter probationem patientie. Sic & S. Prosper, relata hac Augustini sententia: Iustus quidquam malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est poena criminis, sed examen virtutis. Nam bonus etiam si serviat, liber est. Malus autem, etiam si regnet, servus est: nec unius Domini, sed quod gravior est, tot Dominorum quot vitiorum. Relata, dico, hac sententia, ita canit Prosper. (2) Oppressis quoties iustus dominantur iniqui: Non est poena supplicium meriti: Sed virtus fidei sub tali examine crescit. Nec servile gravat, libera corda jugum. Solus peccator servit male, qui licet amplo Usatur regno, sat miser est famulus. Cum mens carnalis nimium dominante tyranno.

Tot servit sceleris, dedita quot vitis. VIII. Hipponensi & Aquitano concinit Aquinas noster 2. 2. q. 108. a. 4. cuius articuli corpus, ut vocant, hic locum meretur. Respondeo, dicendum quod poena dupliciter potest considerari. Uno modo secundum rationem poene. Et secundum hoc poena non debetur nisi peccato: quia per poenam reparatur aequalitas iustitiae, in quantum ille qui peccando nimis secutus est suam voluntatem, aliquid contra suam voluntatem patitur. Unde cum omne peccatum sit voluntarium, etiam originale (ut supra habitum est) consequens est, quod nullus puniatur hoc modo, nisi pro eo quod voluntarie factum est. Alio modo potest considerari poena in quantum est medicina, non solum sanativa peccati praeteriti, sed etiam praeservativa a pecca-

(1) De perfect. iust. cap. 11. (2) In Epigrammatis.

AD MAJOREM DEI GLORIAM.

to futuro, & promotiva in aliquod bonum & secundum hoc aliquis interdum puniatur SINE CULPA; non tamen sine causa. Sciendum tamen, quod nunquam medicina subtrahit majus bonum; sicut medicina carnalis nunquam caecat oculum ut sanet calcaneum. Quandoque tamen infert nocuum mentum minoribus, ut melioribus auxilium praestet. Et quia bona spiritualia sunt maxima bona, bona autem temporalia sunt minima; ideo quandoque puniatur aliquis in temporalibus bonis ABSQUE CULPA, cujusmodi sunt plures poena praesentis vitae divinitus infligite ad humilitationem vel probationem. Non autem puniatur aliquis in spiritualibus bonis sine propria culpa; neque in praesenti, neque in futuro: quia ibi poena non sunt medicina, sed consequuntur spirituales damnationem. Sic facer ille Triumvirus Doctorem Gratia communibus votis damnat Quesnellum; cui omnes vitae hujus afflictiones sunt poena; aut medicinae purgativae. At vero Augustinus, post Sacram Scripturam, admittit, multas afflictiones, etiam hominibus iustis immitti, sine causa, id est, juxta Angelicam divinae voluntatis & SS. Patrum interpretationem, sine culpa. Servitus, quae homini libero gravissima esse solet, non est poena supplicium meriti, testante Prospero: omnesque afflictiones vitae praesentis, ut ut saepissime sint poena proprie dictae, aut medicinae purgativae, nonnumquam tamen medicinae sunt aut praeservativae, aut promotivae ad majus bonum, juxta Angelicum. Quia acceptus eras Deo, aiebat Raphael Angelus ad Tobiam cap. 12. v. 13. necesse fuit ut tentatio probaret te. Unde Quesnellus hic incidit in errorem quem olim tuebatur Eliphas contra patientiam speculum Job cap. 4. pridem ita refutatum a S. Thoma cap. 6. Lect. 1. Si autem hoc esset verum, quod Eliphas asserere nitebatur, quod proprie poena peccatorum essent adversitates praesentis vitae, homines patienter & propter gravia peccata graves, & propter levia leves: & sic iusti nunquam gravibus adversitatibus subiacerent, quod patet esse falsum... cum appareat multos sceleratos, quorum peccatis poena Job comparata, quasi nulla erant, quasdam leves adversitates sustinere &c. Quid, quod incidere videatur Quesnellus in illum Indorum errorem, de quo P. Josephus Juvenicus Hist. Societatis parte 5. lib. 20. num. 42. ait: Id enim generis humani hostis, qui animarum exitio pacitur, plerisque Indie populis persuasit, hominibus esse morbis, aut alio aliquo natura vitio affectis, vix esse Superos; atque adeo mortales insensas jure istud esse posse? Satis puto me ostendisse, Quesnellum, non veterum Patrum, sed haereticorum errores resuscitasse. Vos ergo, qui etiamnum aliter existimatis, rogo atque obtestor, per salutem animarum vestrarum, consulite vobis, dum tempus superest. Nullus sibi blandiatur, quod paratus sit universali obedire Concilio, aut etiam forte ad illud appellaverit: nequit haec ab haereticis crimine, excusare appellatio. Quid enim, rogo, sentitis de Luthero? Haereticusne habendus, an non? Et tamen ille etiam ad Concilium appellaverat: & priusquam illum Decretum Concilii Tridentini, doctrinam ejus speclans, promulgatum fuisset aut formatum (nam decretum de Canonis Scripturis, 1. e. primum contra Lutherum, editum est 8. Aprilis 1546.) mortuus est 18. Febr. 1546. in pertinacia sua, quod a vobis avertat Deus.

I N D E X RERUM PRÆCIPUARUM.

A Bbatis Sancti Cyriani blasphemiam renovat Quesnell. 366. Abolvendi praxis Rom. Ecel. conformis Evangelio, non Quesnelli 364. Abulius qui committuntur male Ecel. tribuantur 360. Acceptantes Constit. Unigenitus centesimum, tergiverfantes vix 16. num. excedebant. 267. Adam ante peccatum gratiam habuit. 270. Egebat gratia ob unam, nos ob plures rationes. 277. Indiguit gratia efficaci ex Angulino. 304. Ejus merita cur humana dicta. 273. Adremotionem errorem suscitavit Quesn. 306. Albigenes imitatur Quesnellum. 359. Alexandri VII. formularium invadit. 352. Damnat Missale Gallice editum. 360. Eandem damnat, meretur Quesnell. ibid. Alexandri VIII. censuram incurrit Quesnell. 364. Alvarez (Didacus) O. P. calumnias. 305. S. Ambrosius male allegatus a Theol. Supp. 356. Ejus sententia applicatur Quesnellum. 364. Anabaptistas fanaticos facit Quesn. 306. Angelos ad visibilem Ecclesiam pertinere, ridicule docet Quesnellus. 346. S. Antoninus O. P. male citatur. 356. Apollonius docet fidem operari sine caritate. 318. Appellantes ad futurum Concilium, nulla praeter haereticorum exempla citabant. 268. Appellatio illa non liberat ab haeresi. 378. Armeni ex dispensatione utantur in divinis lingua crapula dicta. 362, 368. Armeni Dominici Romae 1737. pag. 362. Arnaldi doctrina Quesnell. damnatus. 293. Ejus damnata deleta ex operibus S. Augustini edit. 1644. pag. 303. Articuli Lovanien. DD. iudicio legitime contra Quesnellum probati. 264. Athesm novam Quesnell. habet. 308. Attribit doctrina Quesnell. peccaminosa. 334. Auctor hujus scripti non contra personam, sed malam doctrinam Auctoris Theol. Supp. agr. 337. commendat Auctorem Theol. Supp. ab eloquentia & eruditione, uti Hieron. & Aug. Origenem & Pelagium. 367. Auctor quidam Ulisipone impressus 1734. mire favens, praeter intentionem, Thomis. 297. S. Augustinus, cur Adam merita, humana vocaverit. 273. Retrahitur sententiam asserentem, Adamo collatum in Deo voluntate non sterilem salvandi omnes homines. 310, 280. Admittit gratiam ante fidem. 314. Docet haereses evadendi remedium facillimum esse, audire vocem Summi Pontificis. 320. Praeter gratiam sufficientem, requirit efficacem. 295, 309. Locus ejus difficilis explanatur. 302. Docet gratiam esse debere omnino indefectam fuisse statuit. 271, 272, 304. Locus difficilis explanatur. 273. Admittit, gratia posse resisti potentia antecedenti, non consequenti. 292. Ejus mentem non intellexerunt Jansenius, Arnaldus, Quesnellus. 295, 303. Ejus mens non recte emittit ex locis ubi solvit argumenta. 313. Verba ejus Pontifici auctoritati objici solita exponuntur. 370. Docet bonos & malos esse in Ecclesia. 372. Difficilis locus explanatur. 282, 286. Varias phrasas paucis explicatur. 304. Quatuor sententiae explicantur. 325. Ejus dictum: Praeceptum frustra fit &c. ut differat a damnata, In Vanum Domine praecipis. 289. Alter locus ex Epist. 297. exponitur. 330. Ejus principia Quesnellus tentavit subvertere. 323. Quo sensu dixerit, Fides prima datur. 315. Item. Spes sine amore esse non potest. 320. Notabilia verba contra Quesnellum. 322. Ejus sententia a Theol. Supp. mutilata. 328, 375. Docet non solum caritatem, sed alias etiam virtutes non peccare. 330. A Theol. Supp. Auctore non intellectus. 325. Mutilata. 326, 375. Augustini preclara sententia omnibus commendatur. 304. Cur Pelagium ubique gratiam buccinantem, catholicam non agnovit. 297. Ejus Serry Tom. V.

verba, Pontifici auctoritati objici solita, pro Pontifice sunt. 369. Qui sint animales homines docet. 372. Notabilis sententia. ibid. Incidentes quaestiones saepe praetermittit: & suppositis adversariorum principis, aliquando procedit. 326. Quaedam ejus sententiae de timore. 339. Docet Lessonem Scripturae non esse necessariam ad salutem. 356. Auxilium fluidum Thomisticum probatur ab Emin. Goti ex SS. PP. 289. Axioma: quod possumus per amicos, nos possumus, exponitur. 298, 303.

B

Babylonis Ecclesia, Quesnelliana. 350. Baji (Michaelis) systema legitur Quesnellus. 275. Bajum & Quesnellum quid deceperit. 276. Ejus propositiones renovat Quesnellus. 311, 261, 377. S. Basilii contrarius Quesnellus. 354. Bene aliquid facere & bonum facere bene, ut differunt. 304, 305, 307, 296. Bene uti rebus mundi, quid Angulino. 304. Benedictum II. PP. damnae librum Juliani Toletani objicientibus, quid Gravina & Piccinardi Dominici respondeant. 257. Non damnavit Juliani duas propositiones: nec librum suspensibile videtur. 258. Difficultas haec sublata est, non sub Sergio Primo, ut vult Theol. Supp. Sed ad summum fuit Joanne V. immediato ejus successore, ibid. Summus fuit Theologus, meritoque expositionem 2. propp. postulavit, juxta Doctrinam S. Thomae. 261. Ejus Epitaphium. 259. Benigne interpretari non possumus Quesnellum, uti nec Bajum. 328. Biblia; quando in Italicum, Gallicum, Germanicum verba. 353. A Saeculo X. ejus Lectio Laicae veritas. 355. ejus Lectio non est necessaria ad salutem. 356. Fundatores Ordinum non can inculcarant suis, ibidem. Benitez (Bajetani de Logo) O. P. S. T. Magistri subtilis animadversio. 242. Billen (Norberti van) O. P. S. T. Magistri gravis sententia. 271, 347. Explicat in quo differant Thomista a Calvino. 316. Blasphemia Quesnell. 341, 342. Blondellus (David) non minus liberalis erga Papam ac Quesnellus. 376. Bohemorum erroribus communicat Quesnellus 363. Eorum postulationem rejicit Constant. Concil. ibid. Bonorum operum sollicitum Exercitium suscipit Quesnellus. 306. Bonum operari differat a bene operari. 296, 304, 307. Brutalibus passionibus minime, sed cum brutalibus passionibus ad Deum iri potest. 338. Bunderius (Joann.) O. Praed. Quesnellum in Melanchtone damnat. 375.

C

Cantus ultimus finis Quesnell. 363. Caesellini PP. sententia exponitur. 304. Calvinus replet suos praesumptione, Quesnellus desperatione. 286. Horribilem ejus doctrinam renovat Quesnell. 311. Cano (Melchioris) O. P. Epi. Canarien. insignis locus. 261, 277. Caput, Cui illata, & alia ex jure canonico citata a Theol. Supp. non favent Quesnellus. 371. Carnalis cupiditas regnans, non necessario inficit omnes actiones. 328. Catechismum ignoravit Quesnell. 347. Centura Facult. Theol. Parisien. contra Erasmus. 321. Circa Lessonem Sacrae Scripturae. 359. Centurae anni 1663. pars. 369. Charitas duplex, stricta & late dicta ex Augustino. 324. Minima plus diligit Deum quam quibus nulla auti. 326. Christianismus ad salutem sufficere, docet Quesnellus. 307. Christus non est apud haereticos, & Quesnellum. 279. Non dro omnibus mortuum esse, antiquus error. 280, 312. Pro salute omnium mortuum, facendum est. 283. B b b 2 Cir.